



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

Parisiis, 1644

XIV. De catechumenis lapsis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

ratus, communionem sumpta, & oblatione percepta, iterum conualescat, sit inter eos qui orationibus tantum communicant. Generaliter autem homini morituro, petenti sibi communionis gratiam, episcopus probabiliter oblationem ei contradat.

XIV.

De catechumenis lapsis, placuit sanctæ & magnæ Synodo, ut triennio tantum audiant, postea orent cum catechumenis.

XV.

7. quest. 1.
Non oportet episcopum vel reli.

Propter grandem tumultum, & seditiones quæ fiunt, placuit, omnimode auferri consuetudinem, quæ est contra Canonem in aliquibus partibus admissa, ita ut de ciuitate in ciuitatem nec episcopum, nec presbyterum, neque diaconum transferri liceat. Si quis autem post sancti & magni Concilii definitionem tale aliquid agere tentauerit, aut se dederit huiuscemodi negotio, cassabitur huiusmodi machinatio, & restituatur ecclesiæ, in qua aut episcopus, aut presbyter, aut diaconus fuerit ordinatus.

XVI.

7. quest. 1.
Si qui vero sine respectu.

Hi qui facile se periculis ingerentes, neque timorem Dei ante oculos habentes, neque ecclesiasticum Canonem scientes, discedunt ab ecclesia, presbyteri aut diaconi, aut quicumque sunt in Canone constituti, isti nullo modo suscipi debent ab alia ecclesia, sed omnem eis necessitatem imponi oportere, ut ad proprias parochias reuertantur. Pertinaces autem, excommunicatos esse oportet.

Si